



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Mirabilis Vita Venerabilis Virginis Marinæ De Escobar Vallisoletanæ**

Deprompta ex ijs, quæ ipsamet jussu Patrum suorum Spiritualium  
consignavit

Vitæ Venerabilis Virginis Marinæ De Escobar. Pars Prima

**Puente, Luis de la**

**Pragæ, 1672**

Caput 23. Quomodo illi Spiritus Sanctus manifestaverit, se assistere  
summo Pontifici Ecclesiæ, denuóq[ue] sibi ipsam desponsaverit, cum  
novis gratiæ suæ donis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38580**

Mysteria Passionis, Mortis, Resurrectionis & Ascensionis, ac Mysterium Adventus Spiritus sancti, ubi Dominus aliquantum substitit, & interea Sanctus Angelus meus Custos, me apprehendit, ac textit quodam velo coloris carulei & aurei, posteaque inclinatum collocavit coram Domino, & illam mysticam catenam, quam servaverat intra se, imposuit collo meo triplicatam, ut esset symbolum sanctissimae Trinitatis. Vertit se ad me Dominus, quae eram quodammodo afflictæ, & vehementer admirabar tantam magnificentiam, communicavitque me spiritualiter, repræsentatione spirituali Divini Sacramenti. Deinde rediit ad altare, & Angelus meus Custos me abduxit, ac reposuit in meo loco. Fuerunt extraordinarij affectus, & motus, quos in mea anima excitavit hæc Divina misericordia: quia dum ista agerentur, vidi intra me ipsam totum mysterium Beatissimae Trinitatis cum magno meo stupore, non enim recordor me vidisse simile mysterium intra me. Hic Divinus Dominus Trinus in Personis, Unus in Essentia, ibi mihi ostendit mysticam quandam manû, quasi non nihil coopertam, quæ erat figura & symbolum sacratissimæ Personæ Spiritus sancti: qui Dominus extremitate digiti illius sacræ manus tetigit meam pectus

in altera parte sinistra, relicto ibidem se primo signo, & vulnuscule, fuitque efformata Crux ex illis septem stigmatibus, quorum quinque erant sita secundum longitudinem, & duo transversim. Miserabile verò corpus remansit valde afflictum, & con fractum per multos dies.

Post hoc Majestas Christi JESU Domini nostri abivit, datâ mihi prius sua benedictione, & illi sancti Patriarchæ me sunt amanter alloquuti, valedicentes mihi, ac dicentes, ut eorum nomine precarer felicia festa ipsorum filijs, quos essem conditura. Post die mihi dixit sanctus meus Angelus, opus illud misericordiæ à Domino in me per impressionem eorum septem stigmatum ideò peractum fuisse, ut in me confirmaretur virtus septem donorum Spiritus sancti, quæ jam mihi communicaverat, ac pro novo augmento, lumine, & cognitione divinarum ipsius & excellentium virtutum, addiditque fore, ut in me experirer veritatem ipsius verborum; & intuens cum gaudio pectus, mihi dixit: Anima mea, inter omnes misericordias & gratias, quas tibi DEUS præstitit, per de cursum tuæ vitæ, hæc est admirabilissima meis oculis, de quo summe lætor. Benedictus sit DEUS!

✠✠✠✠✠✠

### CAPUT XXIII.

Quomodo illi Spiritus sanctus manifestaverit, se assilere Summo Pontifici Ecclesiæ, denuôque sibi ipsam desponsaverit, cum novis gratiæ suæ donis.



*Q*uia spiritualis desponsatio habet in hac vita continua incrementa, per nova dona Spiritus sancti, instaurabat subinde Divina Majestas eam, quâ sibi hanc suam Sponsam junxerat, modis perquam miris & mysticis, qualis est sequens.

§. I.

**P**Aucis diebus, inquit, ante Nativitate Domini (in Decembri anni 1622.)

postquam internè cognovissem, quòd mihi DEUS esset præstiturus aliquam extraordinariam gratiam, circumspexi oculis animæ, & vidi quendam rotundum ac prægrandem circulum, quem aliquanto altius circumdabat quædam solidissima, & plenissimo mysterijs catena, ex purissimo & splendidissimo auro. Intra istum circulum confidebat in sella cum magna majestate summus Pontifex, cujus capiti desuper imminabat sacratissima Persona Spiritus sancti cum summa Majestate, Potentia, & Magni-



gnificentia, videbaturq; se spectandam exhibere in specie splendide nubeculæ, quæ mihi brevi disparuit ex oculis. Hic Divinus Spiritus illuminabat suis inspirationibus animam, & intellectum Pontificis, nè erraret in rebus pertinentibus ad definitionem Fidei, & DEUS mihi quoad hanc veritatem contulit magnum lumen. Intra eundem circulum adhaerentes illi catenæ stabant, Episcopi & cardinales etiamnum viventes, in altera verò parte comparebant eodem modo sancti, novi & veteris testamenti. Postea vidi assurgentes in illo circulo flammæ mystici ac Divini ignis, quibus procedentibus ad Cælum, descendebant aliæ similes, ita ut ille locus & Cælum Empyrium viderentur esse unum quiddam divinum, & mirabile, effectque communicati & correspondentia cœlestis inter utrumq; eum locum. Circumdabant quoque catenam aliqui sancti Angeli; his visis fui attonita, & obstupui, dixitque mihi DEUS: Anima, mysterium, quod hic vides, est species & figura Ecclesiæ militantis ac triumphantis, & admirabilis commercij, atque communicationis, quæ inter utramque intercedit. Revelata mihi etiam fuit potestas, quæ est præditus Pontifex, ut concedat Indulgentias, & potestas clavium, quarum usus est in Sacramento Pœnitentiæ.

## §. II.

Deinde Divinus ille Spiritus ad me appropinquavit, & alloquendo secretè meam animam, atque quam spiritualissimè verbis divinis, mysticis, & arcanissimis, adeò ut vix ab anima possent percipi, mihi dixit: Anima, deinceps eris tota mea, & ego ero totus tuus. Statim autem ac DEUS illi hoc tam secretè dixerat, quasi ipsam propter ejus timiditatem disponeret, ut illam alloqueretur verbis clarioribus, & quæ faciliùs atque manifestiùs posset percipere, ac intelligere, dixit: Tu Anima, eris mea Sponsa, & ego te amabo, atque tu amabis me, nec unquam à me separaberis, neque te quidquam poterit separare à me, sed nec ego unquam te derelinquam. Quando meam animam audivit suum DEUM, & illum

Divinum Spiritum, tanta ac tam admiranda proferentem, vehementissimè obstupuit, & plena affectibus profundissimæ humilitatis, gratiamque se exhibens pro tanto beneficio & gratia, quam illi DEUS præstiterat, respondit: Domine, & DEUS mi, sum tua indigna ancilla, & paupercula creatura, atque talem me reputo, & agnosco, coram tuo Divino conspectu. Quæ verba cum anima dixisset suo DEO, statim fuit exornata pallio, quod totum erat coopertum auro, ac gemmis splendidissimis, & Divinus ille Spiritus possedit totam meam animam, meque secum univit fortissimam & extraordinariam unionem, ac inteream me unam duxit ad cœlestem Jerosolymam, præsentavitque toti Beatissimæ Trinitati, eademque sacratissima Persona Spiritus sancti unita cum illo Divino Esse, me retinebat quasi in te ipsa, & in suis Divinis brachijs, ubi tam diu permansi, ut me multis diebus non potuerim separare à meo DEO, vixque potuerim quidquam aliud agere. Rememorabam sæpè & conservabam in meo corde veritatem eorum verborum, quæ mihi Dominus dixerat: *Deinceps eris tota mea, & ego ero totus tuus, neque te quidquam poterit separare à me.* Propterea enim magno affuebam solatio, & confidebam in ejus bonitate, ita ut mihi esset quasi certissimum quoddam illius pignus; aliunde verò, hæc ipsa misericordia, & gratia, quam DEUS mihi præstabat, me deprimebat & humiliabat usque ad abyssum mearum miseriarum, timentem ac trementem cum amore ac fiducia, ne mea anima unquam careret fidelitate, puritate, & fide debitam tantæ gratiæ, & misericordiæ, quam susceperat. Cum his pijs motibus & affectibus interrogavi meum sanctum Angelum Custodem, quomodo essent intelligendi isti affectus, quos mihi DEUS communicabat, ita ut secura conquiescerem & confiderem in ipso, unquam filialiter metuerem de eo perdendo, & nè mea deficeret fidelitas atque gratitudo, quam debeo pro gratijs & beneficijs ab illo susceptis. Respondit mihi sanctus Angelus, dixitque: Dum aliquis sponsus magno prosequitur amore suam dilectam Sponsam, ipsique

tenc-



tenerè & fideliter afficitur, illa respondens huic favori, & gratiæ, quâ eam Dilectus ipſius ſponſus dignatur, iſdem ſemper affectibus illum amat, omnemque ejus quodammodo obſervat nutum, præ deſiderio, quo tenetur, ut ipſi placeat ac obſequatur, ſequè exhibeat fidelem, & in amore conſtantem: interea tamen quodammodo etiâ timet, nè illum perturbet, ac vel in minimo offendat, quamvis confidat, ſitque quaſi ſecura, Sponſum tantâ circumſpectione cum ea acturum, ut illam ſit pro ſua prudentia gnæviter ac amanter adjuvurus, taliterque directurus, ut ipſa licet imbecillis, permaneat ſemper & perſeveret in ejus gratia & amore. Itâ ſe ſuo modo habet hoc cœleſte Ænigma, de quo me interrogas. Eſto bono animo, & age magnas DEO gratias, pro tanta miſericordia, & favore tibi concefſo: eſt enim unus è maximis, quos unquam ſuis creaturis exhibuit. Ipſe ſit benedictus in æternum!

### §. III.

**P**eractis hiſ myſterijs biduo poſt, agens cum DEO, vidi me quaſi circumdatam quibusdam muris, ex puriſſimo & ſplendidiffimo extructis auro, in quibus erat parva arcuata portula, pariter aurea. Incepi cogitare, quale id eſſet myſterium, & ſtatim vidi per illam portulam procedentes ſingillatim quatuor Angelos, qui me conſueverunt quandoque viſitare, ac deſcendentes per quosdam quaſi gradus aureos. Venerunt ad cæteros, qui mihi ordinariè aſſiſtunt, & poſtquam ſibi invicem exhibuiſſent honorem, converſabantur ſecum modo quodam ſpiritaliſſimo; quatuor verò Angeli, qui advenerant, obtulerunt quatuor pretioſos grandes, præſtantiffimos & ſplendidiffimos lapides quatuor, illic reſidentibus Angelis, valdè modeſtè, jucundè, & admirabiliter. Sancti verò Angeli ſuſceperunt eodem modo illos pretioſos lapides, & gratias agentes DEO, pro ejus miſericordijs ac favoribus mihi ab ipſo exhibitis, atque exoſculantes eum theſaurum, obtulerunt illum. Poſt hoc Sancti ij quatuor Angeli ab ipſis diſceſſe-

runt, & ab anima mea, dicentes: Vale, Soror noſtra; ſtatimque aſcenderunt per gradus aureos, & ingreſſi ſunt portulam, nec illos ultrâ vidi. Poſt multum temporis deinde interrogavi meum ſanctum Angelum Cuſtodem: Angele mi, & Domine, rogo te per Dominum, quem amamus, & cui ſervis, ut, ſi id vult Divina Majeſtas, mihi dicas, quæ myſteria ſint iſta, horum graduum ac murorum aureorum. Sanctus Angelus quam libentiſſimè reſpondit: Noveris, quod poſtquam Divina Majeſtas, & ſacraſſima Perſona Spiritus ſancti, fecit admirabile illud opus, dignum ſua infinita Bonitate & Sapientiâ, quando te ſibi deſponſavit per illam cœleſtem ac Divinam unionem, in qua te poſſedit, ſecumque univit, in eodem momento te circumdederit quibusdam parietibus & muris exſolido auro, quod eſt ſymbolum charitatis, ut nè te in poſterum quidquam poſſet offendere, neque impugnare tuam perfectionem, aut violare puritatem tuæ animæ, & fidem, quam debes tuo DEO ac Domino, & Divino Sponſo. Quatuor pretioſi lapides, quos vidisti allatos à quatuor Angelis DEI, & oblatos quatuor tibi aſſiſtentibus, quosque ego habeo in mea potestate, fuerunt cœleſtis theſaurus, quem tibi Divinus Sponſus dederat, ut te locupletaret, & exornaret, tanquam ſuam Sponſam, reddens te itâ gratam ſuis Divinis oculis. Hi ſunt ſymbolum & repræſentatio illarum quatuor admirabilium virtutum ac donorum cœleſtium, Charitatis, Puritatis animæ, Fidei & Confidentie, atque admirandi doni Perſeverantie. Iſta ſunt, Anima, myſteria, quæ Omnipotens DEUS, qui eſt iſ, qui eſt, operatus eſt in te; age ei idcirco magnas gratias, & laudam ipſum.

### §. IV.

**N**on multo poſt (in Januario anni 1623.) vidi in meo cubiculo quosdam ſplendores exteriores, qui me rapuerunt in aliquam admirationem. Sanctus meus Angelus Cuſtos dixit: Iſti ſancti Angeli, mei ſocij, ſe commoverunt, & emiſerunt ex ſe hos ſplendores, inſtar ſtellarum, quas vidi-



vidisti. Accesserunt ad me sancti Angeli, & dixerunt: Magnus Rex Majestatis venit ad inuisendam suam Sponsam. Cum audivissem nominari Sponsam, fui valde confusa, ac dixi: Per amorem DEI illos rogo, & obsecro, mei Domini, non loquantur taliter: Ego sum ancilla Domini, & sic me debent appellare. Responderunt: Soror, nobis non est loquendum, sicut tu vis, & nobis dicit, sed sicut nobis Dominus injungit & præcipit. Durante isto colloquio, audivi quendam tumultum, ac si adveniret ingens aliqua multitudo, & oriebatur ex eo, quod veniret sacratissima Persona Spiritus sancti, cum magna majestate, & pompa, comitantibus ipsam plurimis Angelis: quâ adveniente, excitabatur ille strepitus. Quando pervenit ad meum cubiculum, intravit Divina Majestas cum eo comitatu, & perbenignè atque amanter me est alloquuta, dicendo: Anima, veni mecum, & quiesce in me, es enim afflicta. Statimque me possedit, abripiendo me potenter & suaviter, ac univit secum forti & potenti unione, atq; ita unitam me duxit in spiritu ad cœlestem Patriam. Postquam eò pervenisset, dimisit me, dixitque sanctis Angelis: Accipite istam Animam, & circumducite ipsam per totam istam cœlestem

Patriam, ac ostendite illi, quæcunque in ea reperiuntur, & recreate ipsam. Circumdixerunt me per totam illam supernam Civitatem, monstraverunt mihi totam ipsius amplitudinem, ac thesauros Divinos, & gloriam Beatorum Spirituum, quasi in momento, juxta lumen, quod mihi DEUS dedit ad videndos illos thesauros, atque ad contemplandam gloriam, quâ fruebantur. Post hoc me reduxerunt ad locum, in quo erat Dominus, qui illis mandavit, ut me inducerent in regium ipsius Palatium. Ingressa sum in illud, ubi mihi fuerunt exhibiti thesauri, ac divitiæ illius cœlestis Domûs DEI, & diu sum juxta humanum mortalem captum contemplata ipsum DEUM, ac Divinum Dominum, & illius Divina attributa, ejus Bonitatem, Sapientiam, Potentiam, & Magnitudinem, atque ea, quæ non capit, neque capere potest ullus intellectus creatus. Ibi me diu detinui, perfruendo istis beatis bonis, cum magna admiratione. Reducta sum ad locum, in quo erat sacratissima Persona Spiritus sancti, qui se rursus mecum univit, uti prius, & sic unitam me reduxit ad meum angulum.



## CAPUT XXIV.

Quomodo ipsam Persona Spiritus Sancti visitaverit alijs multis vicibus, ducendo illam in spiritu ad cœlestem Curiam, eandemque ipsi ostendendo, nec non reliquas Personas, & exhibendo alios magnos favores.

### §. I.



*D*ivinum favorem, de quo in precedenti capite dictum est, secuta sunt frequentiores visitationes. Quâdam die (in Martio anni 1623.) ait, animadverti in oratione,

quod mihi DEUS esset concessurus aliquam extraordinariam gratiam, & audivi meos Dominos Angelos colloquentes

ac dicentes: Magnus DEUS Majestatis venit ad suam Sponsam, disponamus nos. Aliquanto post audivi ingentem strepitum tympanorum, ac tubarum, & musicam, cœlestem omnibus absolutam numeris, ac auditu jucundam, vidique aperiri Cœlos, & omnem illam cœlestem Angelorum, ac animarum Beatarum Aulam descendentium ad terram, meum cubiculum versus, quasi se paulatim demitterent cum gravitate & autoritate. Angeli veniebant

Hh

splen-